

Dē marī (pars secunda)

Facta: Annō 54 (quīnquāgēsīmō quārtō) a. Chr. n. (ante Christum nātum) C. I. Caesar vice secundā ex Galliā Belgicā in Britanniam nāvigāvit

(annō praeteritō in Britanniam frūstrā nāvigāvit, nam classem Caesaris tempestās dēlēvit et hiems iam appropinquābat).

Castra prōmōvit ūsque ad Tamesim – gentēs Britannōrum Rōmae fidēlitātem et diciōnem spopondērunt.

Expedītiōnēs Caesaris Rōmae magnam admīrātiōnem mōvērunt.

Dē expedītiōnibus et bellīs suīs in Galliā, Germāniā et Britanniā Caesar in „Commentāriōrum bellī Gallīci“ librīs narrat.

Librīs suīs Caesar favōrem populī Rōmānī et potentiam conciliāre studēbat.

Caesar nōn solum ēgregius dux, sed etiam magnus ōrātor et scrīptor Rōmānōrum fuit –

litterās artemque poeticam bene calluit, etiam M. T. Cicerō Caesaris ēloquentiam laudāvit.

Pozn.: *Vice secundā* – podruhé; *castra prōmovēre* – postoupit s vojskem; *Tamesis, is, m.* – Temže (AK: Tamesim); *fidēlitās, ātis, f.* – ZDE: lojalita; *diciō, ōnis, f.* – poddanství; *admīrātiōnem movēre* – vyvolat senzaci; *favōrem conciliāre* – získat si přízeň; *potentia, ae, f.* – ZDE: politická moc; *ēloquentia, ae, f.* – řečnictví, řečnické schopnosti;